



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,  
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

**Kiene, Johann Georg**

**Constantiae, 1629**

5. 6. & 7. An & quæ licentia Religiosum excuset à vitio Proprietatis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42214**

V. Quæres. 1. Vtrum licentia solum expressa, an etiam interpretativa excuset Religiosum, v.g. librum, preciosas imagines ab externis accipientem aut retinenter à vitio proprietatis? Resp. 1. certum esse requiri tunc expressam licentiam si ea commodè peti possit, & vi Regulæ in omni rei acceptione vel elargitione exigatur, longeque securius cum liquida facultate Superioris aliquid accipere vel retinere, ut congruentior Regularum ordo, ac processus observetur. Resp. 2. absente vel occupato Superiore cum commoditas petendi consensum desit, aut pudor, respectus humanus deterreat, sufficere interpretarium, & sine periculo proprietatis donum accipi posse, si probabiliter credatur Superiorum non fuisse dengaturum, vel ægrè ferre, dummodo oblata occasione velit illud o-

M

sten-

, O  
illuci-  
habi-  
or ali-  
ationis  
n con-  
ittunt  
e Reli-  
do in  
st, e-  
Etwa,  
rouina  
• Abu  
vbi in  
e trac-  
ertatis.  
n sint  
tat pe-  
ticula-  
ro li-  
uis que  
inxtra  
25 c.  
uæres,

stendere. Ita ut non tantum ma-  
teriæ leuitas, sed consensus etiam  
ratus Superioris in rem accep-  
tentam vel distractam, tameth  
forte modum accipiendi vel di-  
strahendi ægro animo patiatur,  
mortali peccato & vitio proprie-  
tatis excuset, aut res aliòqui pre-  
tiosa cōfestim Prouisor tradatur,  
vel Prælato, ut acceptance ratam,  
si res adhuc integra extet, habere  
vel improbare queat. Et facilior  
consensus Superioris præsumitur  
in accipiendo, aut acquirendo Cœ-  
nobio quām in elargiendo, etiam  
per modum eleemosynæ. *suar. cit.*  
*cap. 11. n. 9. & 10 Less. cit. n. 79.*

VIII. Collige primo, Religio-  
sum per votum paupertatis à se  
abdicare cuiusvis rei temporalis  
dominium, ut nullatenus possit  
peculium (quo aliquis vtitur, pos-  
sider, defendit iure dominii tan-  
quam proprium independenter)  
habere